



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

16 Posseßio beneficii ecclesiastici quonam pacto iure adquiri possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

expedit Carolus Molinensis de contract. q. 53. Hæc vero iudicia, quibus quis damnatus fuerit furti, eo quod commodatum in mentum aliorum duxerit, quam quo utendum acceperat, vel rem depositam, aut commodatam vendiderit, cave vius fuerit ad aliud, quam acceperit, veluti feuera, & nimis graua, retulit Valerius Maximus *dist. capit. 2.* & post eum Aulus Gellius *libro 7. nocturnum. Atticarum capitul. 15.* Quamobrem Ioann. Faber. in l. 1. Cod. de pignor. actio. ceteris hæc in controuersia, actionem furti minime locum obtinere, si commodatarius, aut creditor, aut depositarius utatur re commodata, pignore, vel deposito eo vsu, cui proprie res ipsa destinatur, & ad quem dominus ipse his rebus uti solebat, hoc potissimum deducitur à præsumpta voluntate domini, nam vt Fabri sententiam explicemus, ego arbitror, quod si creditor utatur re pignori data, eo quidem vsu, quo vti solebat dominus ipse, nec res ipsa effecta fuerit deterior ex eo vsu, minime teneri ea ratione creditorem, nec furti, nec alia actione. At si ex hoc vsu facta sit res deterior, sitque vtilitas ipsi rei conueniens, nempe cum ipsa ad illum ex propria natura destinata fuerit, vel communi, ac frequentiori vsu ipsius domini consuetudine, tunc creditor, aut depositarius tenebitur ad illud detrimentum actione quidem ex contractu, non ex delicto, præsumitur etenim ex his causis tenentia Fabri opinione, dominum permittitur & id non fuisse factum eo inuito, quod sensu glo. in *dist. §. sed interdum.* sensu dicit. Regia lex. 20. in principio. verum si ex vsu ipsius rei, & attentis aliis circumstantiis colligamus creditorem, commodatarium, aut depositarium vsum fuisse re deposita, commodata, vel pignore inuito domino scilicet, eo non permittitur locus erit actioni furti iuxta eas Iurisconsultorum decisiones, quas paulo ante adduximus. Et tamen adhuc in hac specie censeo. iudicem omnino debere iudicari, & eius severitatem, ac rigorem temperare, ita quidem, vt absque lesione, & damno ipsius domini penam huius criminis benignitate quadam molliat, mitemque efficit, cum & si furtum hic commissum esse constet, id tamen non omnino inhonustum est, nec computari debet inter ea furtiva quæ legibus, & Republicæ institutis praua, & perniciosa censentur, & ideo molli quadam pena furtum hoc puniendum est, quod sensu Phil. Corne. *consilio 274. libro 3. versicul. & postquam.* Sic sane vel ipsa iudicis sententia ex hac causa damnatus erit ab infamia liberandus, aut saltem & si hoc à iudice commissum fuerit, eius sententia erit in eum modum accipienda, vt minime iudicetur infamis, qui per eam, furti hac ratione condemnatus fuerit, eodem pacto iudicis recti arbitrio relinquendum erit, sitne locus in hac specie septuaginta pena, quæ in his regnis plerumque inducitur furibus. Et tamen inspectis circumstantiis personarum, rerum, loci, & temporis à septuplo iudex abstinebit, cum de hoc iudicio tractauerit.

CAPVT XVI.

Possessio beneficij ecclesiastici, quoniam pacto iure adquiri possit.

SVMARIA.

1. Collatio canonica absque corporali possessione, ius perfectum tribuit post acceptationem, & inibi intellect. c. si tibi absent. de præbend. in 6.
2. Collatio beneficij potest fieri ea conditione, si vacat.
3. Acceptatio illius, cui collatum est beneficium omnino necessaria est, ut illi adquiratur.
4. Acceptatio non potest fieri per procuratorem absque speciali mandato, & quid de laico, & excommunicato.
5. Acceptatio facta ab eo, qui mandatum non habuit, rata haberi potest, modo tibi habito fiat intra tempus datum ad acceptandum.
6. Canoniam collationem habens potest administrare propria auctoritate ante apprehensionem possessionis.
7. An possit quis propria auctoritate capere possessionem beneficij, & intellectus h. quæ in laicum. §. l. ult. C. unde vi.
1. Traditio possessionis corporalis beneficij, ad quem pertinet.
2. Possessio beneficij apprehendi potest per procuratorem habentem mandatum generale.
10. Possessio beneficij qualiter adquiratur, & an per inuestituram tradatur item an possit in conspectu beneficij apprehendi & numero sequenti.
11. Inuestit. §. clausibus ff. de contrahen. empt.
12. Traditio instrumenti, an inducat acquisitionem possessionis, & inibi intellectus. l. C. de donato. l. item Partitarum. & Taurine constitutionis.
13. Possessio beneficij apprehensa in ipsa ecclesia, à qua titulum & nomen beneficij habet transfert etiam possessionem omnium rerum ad beneficium pertinentium.

Beneficiorum ecclesiasticorum vera adquisitio bifariam consideratur, primum etenim quo ad ipsius tituli ius deinde quantum ad possessionis propriam acquisitionem: siquidem constat, posse quem in beneficiis ius & titulum habere qui tamen eius possessionem adhuc minime nactus fuerit, quippe qui eam nondum apprehenderit. Quantum ad primam partem attinet, receptissimum est, sola canonica collatione absque traditione possessionis, eiusque apprehensione, ius in ecclesiastico beneficio adquiri, ipsamque collationem ius in re tribuere. text. opt. in ca. vlt. & ibi Anchar. Dom. & Franc. de concess. præb. lib. 6. gl. Communiter approbata in ca. penult. in verbo, collatio de præb. in 6. Dynus in regul. 1. num. 8. & reg. qui prior. de reguli iuris. l. alon in l. quores colum. 3. C. de rei vendic. requiritur tamen acceptatio illius qui collationem sibi canonice factam habet. textus est in cap. si tibi absent. de præbend. in 6. à quo satis expressim colligitur, solam collationem beneficij absque possessionis apprehensione, ius in re & perfectum tribuere, postquam ille, cui collatum fuerit beneficium, eam ratam habuerit. etenim ex hoc proprium ipsius dicitur beneficium. Addit præterea summus Pontifex, etiam ante acceptationem istam, eum qui beneficium contulerit absentem vel præsentem, minime posse eam collationem renouare nec beneficium hoc alteri conferre, quod speciali quadam ratione procedit, nam et si is qui absentem causa donationis mittit rem aliquam, possit penitere ante absentis acceptationem l. 2. §. sed & si quis donaturus. & l. absent. ff. de donatio. id verum est in libera donatione, & quia donator minime tenetur donare, non sicut erit in eo, qui ratione officij conferre beneficia tenetur, etenim semel facta collatione, functus est officio suo l. index. ff. de re iudic. Quamobrem etiam ante acceptationem penitere non poterit, secundum Pannonitanum in cap. accedens. col. 1. de præb. eundem in cap. publicato. col. 3. de elect. & consil. 11. libro 3. Bart. Paul. & Imol. in dict. l. absent. qui hanc differentiam constituunt inter donationem, & beneficiorum ecclesiasticorum collationem, quæ in conferendo ad liberalitatem non pertinet, licet possit videri collatio ista, donatio quadam impropria respectu illius, cui fit, cum ei non teneatur præcise prælatus beneficium concedere, iuxta gloss. & ibi Doct. in cap. relator. de præb. gloss. in §. ex h. 2. q. 6. Abb. in capitulis. nu. 4. de præb. Dec. in ca. cum accessissent. colum. 1. de consil. Abb. in cap. vlt. de donationibus. Francis. de Ripa. in l. vi. qu. 48. de reuoc. donat. Imo hoc ipsum obtinet, siue præsentem fiat collatio, siue absentem tex. in dict. cap. si tibi absent. siue fiat ignorantem, quod probatur in ca. gratia de rescrip. in 6. adeo quidem, quod si executor apostolicus cõferat beneficium alicui ea conditione expressa, si vacat, collatio tenet, ex eaque adquiritur beneficium, modo id vere vacauerit tempore collationis, quamuis uterque, conferens, & is cui collatum fuerit, ignorauerit ipsam vacationem secundum Ioannem An. Ioan. Monach. & Probum post alios in dict. cap. si tibi absent. Bald. in l. 3. col. vlt. Cod. de sent. qua sine cert. quant. profertur. nec quicquam impedit ipsam collationem conditio illa si vacat, siquidem quamuis ab inferioribus electio fieri non possit sub ea conditione, si vacat, gloss. in cap. 2. de electionibus. in 6. versicul. incerta. collatio tamen valet ita facta, & fieri potest. Domin. in dict. cap. Lapus allegat. 6. Felin. in ca. cum contingat. col. penult. de officio deleg. Ioan. à Selua de beneficio 3. par. qu. 20. Ludouic. Gomez. in reg. de verisimili notitia obitus. qu. 1. in princ. etiam si Deci. in l. actus. colum. v. rim. ff. de regu. iur. hanc differentiam improbet, existimans collationem istam hac conditione factam nullam esse, cum inducat incertitudinem quandam. Nam in electione loquitur text. in dict. ca. 2. qui certitudinem in electionibus requirit, quem commendat Felin. cum ex officio col. penult. de preser. atque ita Ludouic. Gomez. in dict. neg. testatur, hanc distinctionem & differentiam communi omnium consensu receptam esse. Ipse vero Romanus Põtifex dubio procul potest beneficiorum collationibus conditionalibus uti gloss. in cap. si gratiose. de rescript. in 6. quam dixit singul. Felin. in cap. vlt. col. 3. de iudic. notat Abb. in ca. si constituerit. nu. 2. de accusationibus. explicat Marti. Azpilcueta vir doctissimus in cap. si quando de rescript. col. 3. & 4. & hoc quidem etiam quo ad propriam, & veram conditionem apertissimi iuris est, illa etenim conditio, si vacat, vera conditio non est, cum actum minime suspendat institutio talis, ff. de condit. institut. itaque ff. si cert. pet. Doct. præsertim Socin. Iaf. & Deci. laicum ad præsens. ff. eod. gloss. sing. in l. si sic. §. 1. ff. de leg. 1.

Est igitur acceptatio necessaria, vt sola canonica collatione

Y Y tione

7 tione beneficium ecclesiasticum fiat acceptantis, absque possessionis apprehensione. Quo fit, ut si Romanus Pontifex beneficium eius collationi reservatum alicui contulerit, & is ante acceptationem mortem obierit, adhuc maneat reservatio salva, & integra, nec beneficium vacet obitu illius, qui eius collationem nondum acceperat. Sed beneficium vacans in curia Romana collatum alicui, qui ante eius acceptationem extra curiam moriatur, adhuc vacat in curia non per mortem illius, cui collatum vit, quod expressim tenent Oldra. *consilio 57. Collect. in cap. ecclesia vestra. nu. 10. de for. tileg. Domini. in cap. 2. de prabend. in 6. col. vlt. Speculat. Ioan. And. in rubr. de actio. & petri. §. penult. Ludo. Gomez. in reg. de triennali posses. g. 30. nu. 2. cum alioqui collato beneficio reservato, & eius acceptio facta, & reservatio expiret, etiam ante apprehensionem possessionis, secundum eoldem, & Innoc. in 1. ex parte. de concess. preb. Old. *cons. 136. quorū opinio Communis est teste Ludo. Gome. in d. q. 30. idem tenet Lopus alleg. 127. Cald. *cons. 10. tit. de prab. Dom. *cons. 93. Eadem ratione per mortem illius, cuius aliqua ex causa beneficia sunt Romano Pōtiffici reservata, minime vacabit beneficium eidem collatū, si eam collationem nondum acceptauerat. quod no. Domin. in d. c. 2. de prab. in 6. col. vlt. Gomez. in reg. de familiar. Card. *qu. 24.*****

Hac autem acceptatio beneficii fieri poterit non tantū ab ipso, cui collatum fuerit beneficium, sed & ab alio eius nomine. modo is habeat speciale mandatū glo. in d. c. si tibi absent. quam Dd. imbi probant, sequuntur, idem glo. in *Clem. vna de concess. preb. in ver. present. Rota antiqua 323. Argi. & Ioan. And. in ca. ne capt. ande. de concess. preb. in 6. Ioan. Staphila. de literis grat. & iustit. pag. 96. lat tamen erit mandatū speciale ad acceptandū beneficia ecclesiastica, licet speciatim aliquid beneficium minime fuerit nominatū, sicuti not. Io. And. Abb. & Imola. in ca. accedens. de preb. Nicol. Milis in verbo, procurator. col. 7. Dd. *comunit. in d. c. si tibi absent. Rot. in antiquis 529. vbi tradit admittendū esse mandatū generale ad acceptandū, & permutandū quęcunque beneficia. idem equidē obtinet & in mandato ad resignandū, tamen si acquissimū sit, ad resignandū requiri mandatū particulare in indiuiduo. ut notat Car. Mol. ad edictum Henrici Regis *art. 10. gl. 2. satis tamen sit, quod ad acceptandū sufficit mandatū speciale, quo ad causam. Nec poterit collator beneficii pōnerē, quod manifestissimum est, mentit etiam Felin. in capi. nonnulli. §. sunt. & alij nu. 46. gloss. in dicit. cap. si tibi dum ea in verbo, habuerit. tractat de hoc speciali mandato. Imo & speciale mandatū ad acceptanda beneficia, sufficiens est ad acceptandū illud, cui animarum cura incumbat, auctore Imol. in dicit. ca. accedens 3. col. 2. quem sequitur Staphila. in dicit. tractat. de literis grat. & iustit. folio. 30. col. 2. Mandatū autem generale nequaquam sufficit ad hanc acceptationem, quamvis concessū sit cum libera administratione, quemadmodum placet Fel. in dicit. nu. 46. & Rota antiqua 535. Illud profecto hac in questione observandam erit, hoc mandatū speciale ad acceptandū beneficia ecclesiastica, etiā laico concedi iure posse, secundum Ioan. And. & Abb. in dicit. cap. accedens Rota in antiquis 104. & 418. Ioan. And. & Francum in cap. quod ali. ubi de regulis iuris. in 6. Dominicum & Francum in cap. i. de procurator. Staphilum d. pag. 96. cum ea acceptatio nihil aliud sit, quam declaratio voluntatis, quæ a quocunque fieri potest. Nam et si beneficium conferri excommunicato non possit in ca. postulasti. de cleric. excommunicat. minist. nihilominus excommunicatus collationem beneficii factam sibi ante excommunicationem ratam habere poterit, & acceptare. Rota in nouis 195. & in antiquis 116. & in antiquioribus, vlt. tit. de sent. excommunicat. Card. *consil. 103. Rursus Rota in antiquis 720. Rebuffus in concordatis. titu. de excommunicat. non est. Ludou. Gomez. in tractat. expe. diatarum. n. 60. quamvis contrariam sententiam in hac specie veritorem esse censeant Card. in d. cap. postulasti. & Aleiar. eo non citato in cap. 1. de iudic. n. 12. quorum opinio ex eo currit, quod acceptatio nihil iuris tribuat in ipso beneficio, sed tantum declarat consensum illius, cui beneficium collatū fuit, qui quidem consensus necessarius est, text. in ca. nisi cum pridem. col. pen. de renunciat. Ego vero non dissecor, imo iure certissimum esse censeo, ministerio laici posse illum, cui facta fuerit collatio beneficii eam acceptare. At idem esse in excommunicato, ut si beneficium ante excommunicationem sibi collatum acceptare possit, mihi, ut ingenue fatear, dubium videtur. nam licet ex collatione ius in beneficio detur, id tamen nō acquiritur, donec acceptatio fit****

text. est in d. c. si tibi absent. in prin. vnde tempore acceptationis adquisitio spiritalis fit, quæ excommunicato minime potest cōuenire, quæ ratione est opinio Rote magis communis sit, ut fateatur Marti. Azpilcueta in c. si quando. col. 31. de ver. rit. acceptationem beneficii facta ab excommunicato valedam esse & efficacem quo ad voluntatis, & consensus declarationem, non tamen quo ad iuris acquisitionem, ita quidem, ut beneficium ipsum minime adquiratur ratione facta fuerit, tunc autem absque noua acceptatione profusū acquiri. Quod probari potest autoritate decisionis. Rota in antiquis 33. quæ licet præmittat autoritate decisionis. Rota in antiquis vacuata. posse etiam si excommunicatus sit acceptare beneficium vacans. & sub eius literis comprehensionem, assertum collationē ex vi huius acceptationis fieri non posse, donec is absolutus sit ab excommunicatione. Ad eandem rationem expendenda erit decisio Rote in nouis 195. quæ agens de intellectu text. in c. vlt. de consuet. in 6. tradit eam opinionem cuius insibi mentio fit ab excommunicato fieri posse, est declarationis, non autem, ut ex ea collatio fiat, nec ius adquiratur. Proxime dictis accedit, quod & laicus potest procurator constitui ad renunciandū beneficio ecclesiastico in fauorem cuiusque personæ per eum nominanda. Quia ius in ipso beneficio minime traditur a laico renunciantē, sed à Romano Pōtiffice conferente beneficium vacans per renunciationem. Sic sane in specie adnotauit Carol. Mol. ad edictum Henrici Regis §. 10. gl. 2. num. 13. quamvis plurimum obiter Pañorm. sententia in ca. casusam. col. 1. de elect. qui de mandato eligendi contrarium respondet. Nam electio ius maximum tribuit electo, atque ideo non potest committi laico electo ad beneficia ecclesiastica, vnde poterit et hoc discrimine defendi opinion. Caroli.

Ceterum, si quis nomine absentis, cui est collatum beneficium, eam collationem acceptauerit absque mandato, secuta postmodū rati habitatione, beneficium die 7 acceptationis adquisitum censetur. *reg. a rati habitatione. de reg. iur. Nam. in his quæ mandatū speciale extinguunt, rati habitio locum obtinet, & admittenda est. text. optim. in c. vlt. de iur. in 6. præter alios ad hoc citat Ang. in l. nec filius C. de reb. credit. text. idem in l. quod. si de speciali. ff. de minor. notant. Bald. in l. si maritus C. mandat. Alex. *cons. 78. lib. 5. Fel. in c. sicut. in 2. de simonia. vlt. col. 1. in l. si quis mōr. bona. §. iustum. ff. de acquirenda hered. Dec. in l. semper qui non prohibet. ff. de reg. iur. nu. 7. idem *cons. 281. quorum opinio dubio procul Communis est ac iure verior, quamuis Pañorm. in dicit. ca. accedens. 2. col. tenet, tantum à die rati habitationis ius acquiri, non à die acceptationis, citat glo. in c. quam sit de electio. in sexto. quæ hoc non probat, tamen est singularis sit, dum censet, rati habitationem omnino fieri debere intra terminum datum ad acceptandum, quam gl. ad hoc adnotarunt Doctores ibi. Fel. in dicit. §. sunt & alij. nu. 45. & Rochus Curtius de iure patron. in verbo honorificum. nu. 26. probat textus elegans in l. honorum. ff. rem ratam habe. quem expendit late Dec. in d. c. l. semper qui non prohibet. vnde ad secundam partem text. in dicit. c. si tibi absent. cum prælatus beneficium absentis conferens ei diem ad acceptationem fieri, vel factam ab alio, ratā haberi intra eum diem, ut beneficium ab eo, cui collatum est adquiratur, alioqui collator poterit id beneficium alteri conferre, sicuti in eadem constitutione satis in specie probatur & tamen acceptatio, vel rati habitio facta post diem à prælato constitutum, proderit ad beneficii acquisitionem, modo res integra sit, quia prælatus si tempore huius acceptationis, vel rati habitationis nondum beneficium hoc alteri contulerat, quod in specie asseruerat iure verissimum esse Franciscus in dicit. cap. si tibi absent. post. alij. in.***

Hactenus probauimus ex d. c. si tibi absent. sola collatione ius adquiri in beneficio absque corporali apprehensione possessionis, idem notant Pañormitan. in capitulo. post. alij. in. & cap. successum. de iure patrimon. Innocent. & alij, in capitula inter cetera. de prabend. ex quibus textus in dicit. cap. cum autem, & alij qui tractant de prelatione in obtinendis beneficiis & præsertim text. in cap. quod autem de iure patro. quo in loco expressum est in beneficiis potiorē esse eū, qui primo possessionem habuerit, sunt intelligendi omnino de possessione, id est, de canonica institutione, cū plane iure probatissimū sit in his, quæ pertinent ad beneficia ecclesiastica non esse

preferendū eum, qui primo corporalem nactus fuerit possessionem, sed eum qui prius canonicam collationem habuerit, quemadmodum post Dynum. qui prior. de regulis. c. adnotavit omnes in dict. capit. si tibi absent. quorum opinio communis est. Quod si habens collationem canonicā absque possessione administrare velit, poterit id facere optime in modo alius non sit in possessione beneficii, tunc etenim si administraret, spoliaret propria autoritate possessorem, sicut censent Abb. in cap. transmissam. colum. 3. de electione. per textum, ibi etiam idem tenet Innocent. & Doctor. ibidem Antiferrius, & Capella Theologana 443. Nicolaus Mylis in verbo, possessio. versus possessio beneficii. idem Panormitan. in capitul. cum spoliat. de causa posses. & propriet. Dominic. & Francus in capitul. cum qui de prebend. in 6. Frederic. consil. 234. Ripa in capitul. sepe notat. 69. de restitu. spoliat. optimus textus in capitul. avaritia de electione. in 6. quam opinionem fatentur communem esse Ioan. de Selta. in tract. de benefice. 2. part. quest. 15. Francisc. de Ripa. in lib. 2. resp. cap. 7. Rochus Curt. de iure patron. in verbo, in. quest. 5. in tract. de pacifi. posses. numer. 234. & 251. Lambert. in tract. de iure patron. 3. parte. 2. libro questio. 11. art. 6. Et probatur huius sententia prior pars in 1. do. cap. transmissam. posterior vero in dicto cap. cum qui. quo de iure sit, etiam habentes canonicum titulum in beneficio, quod ab alio possideatur, non posse propria autoritate possidentem expellere, nec possessionem beneficii illius apprehendere, ea quidem apposita pena, ut sint ipso iure privati ipsius beneficii titulo, si contra iurum fecerint. quam decisionem præter alios explicat opinio Ripa in cap. sepe de restitu. spoliato. num. 68. cui adde Romanus in noui 16. Est tamen necessaria corporalis possessio etiā in beneficiis, nec sufficit verus, & canonicus titulus, etiam cum administratione ad agendum interdicto, unde vi, vt spoliatus ante omnia restituatur, quod satis iure competunt est, & in specie post alios adnotavit Abbas in dict. c. cum spoliat. col. 4. idem & alios plures effectus, quos possessio vera, & corporalis inuenit.

Secunda igitur huius capituli pars in eo versatur, an propria autoritate sit, qui collationem habet, absque prelati licentia possit corporalem possessionem apprehendere, & quo pacto ea possessio acquiri valeat. Nam quibusdā visum est, habentem canonicum titulum non posse propria autoritate possessionem beneficii apprehendere absque iudicis licentia, ita tandem tenuerunt Dynus in regula 1. de regulis iuris in 6. vers. & hoc ostenditur necessario. Anchar. in regula sine possessione col. 20. de regulis iuris. Archi. in cap. eum qui. de prebend. in 6. Chofmasius in Pragmatica sanctione Gallicana. tit. de pacifici possessor in verbo, videtur, camque opinionem probare conantur iuribus & decisionibus, quibus veritū extat vtroque iure quemquam actioni rei propria possessionem capere absque iudicis autoritate, & præsertim textus in dicto cap. eum qui. verum quia hæc sententia non ita plane probatur, & fere communi omnium iudicium receptum sit, ante apprehensionem corporalis possessionis posse habentem iustum titulum, & canonicū, nemine possidente propria autoritate ministrare ipsi beneficio, & eius curam habere atque exercere, sicuti paulo ante adnotauimus, oportet præteritum erit quæstionem istam propositis aliquot casibus distinguere.

Primus etenim casus tunc constituitur, cum prelatus, qui beneficium contulit, qui que potuisset corporalem possessionem tradere, non tantū simpliciter beneficium contulit, sed & ipsum, cui contulerat, aliquo signo inuestiuit, nepe pileo. Nam in hac specie existimo, tacite datam fuisse licentiā a prelato accipiente possessionem vacuam propria autoritate absque alio iudicis decreto, quod Abbas tenet in cap. auctoritate de iustis. Romanus singulari 136. Lampert. de iure patro. 3. parte lib. 2. q. 11. in princ. sentit Inno. in cap. 2. de consuetu. quamuis Dynus in reg. 1. de reg. iuris in sexto. n. 16. contrariū sentiat. Cuius opinio potest obtinere, vbi prelatus, qui contulit beneficium, non habebat potestatem tradendi corporalem possessionem, eo quidem iure ad aliū vel consuetudine, vel canonicis sanctionibus pertinenti; aut saltem Dyni sententia vera erit, quando possessio vacans non est, sed ab alio obtinetur, etenim non videtur rationi consonum, quod prelatus per inuestituram dederit licentiā inuestito alterum spoliandi, cap. eum qui de prebend. in sexto. Opinioni autem Abbatis suffragatur Azonis decisio in Summa. C. de acquirenda possessione a quo Socin. in l. princ. nu. 24. colligit, traditionem clauium factam extra conspectum rei, operari licentiā, & facultatem capiendi possessionem propria autoritate.

Secundus casus proponitur in eo, qui collationem canonicam beneficii absque inuestitura solenni obtinuit, isque apprehendat propria autoritate possessionem vacuam an puniendus sit, vel punitus censetur pena dict. c. cum qui. Et proculdubio ea constitutio in hac specie minime loquitur, sed tunc de iure cum habens canonicum titulum possessorem beneficii propria autoritate expulerit, & possessionem priuauerit, quod ex ipso texto communi omnium sententia deducitur, poteritque hæc interpretatio comprobari autoritate glossæ, in l. vlt. in verbo, per ignorantiam. Cod. unde vi, quæ communiter recepta scribit, penam illius constitutionis nequaquam admittendam esse aduersus eum, qui propriam rem, & eam vacuam a nemine quidem possessionem occupauerit, modo statim probet dominium, quam Opinionem Communiem esse testatur Alexander in l. naturaliter. §. nihil. ff. de adquir. rend. posses. sequitur eam itidem communem esse alicuius Ripa in capitul. numero 65. de restitu. spoliat. eandem tenet dicens communem Bald. in l. vltim. C. de edicto diu. Hadria. toll. qu. 5. numer. 42.

His præterea suffragatur gl. in l. non est dubium. C. de leg. quæ censet, legatarum occupantem rem sibi legatam etiam post aditam hæreditatem, prius tamen, quam possessio fuerit ab hærede apprehensa, minime amittere ius, quod habet in eadem re, tamen hæres possit possessionem, interdicto quorum legatorum summario iudicio consequi leg. 1. Cod. quor. legat. quam distinctionem sequuntur Doct. præsertim Iafon ubi, Deci. consil. 243. Alex. & Iafon in l. si stipulatione. ff. de adquir. rend. posses. atque ita erit intelligenda glossa, in capitul. vltim. de success. ab intesta. que vult, legatarum propria autoritate occupantem rem sibi legatam hæreditate iacente, non amittere ius, quod in ea re habet Adde tamen ipsa glossa, tamen l. si quis in tantam. C. unde vi. nõ obtinere in eo, qui occupat res hæreditatis iacentis, idem tenet gl. in l. vlt. C. unde vi, in verbo per ignorantiam. quam sequuntur ibi Doct. Communiter, vt fatetur eam secutus Ripa in c. sepe. de restitu. spoli. nu. 58. hoc ipsum probans, etiam post aditam hæreditatem nondū apprehensa possessione per hæredem, quod etiam tenuerunt Alber. & Salyc. in dict. l. vlt. contra Azonem in Summa. C. unde vi. & Bart. in dict. l. vlt. n. 19. mihi vero, sit iuxta prædictas constitutiones pronuntiandum foret, potius placet sententia Petri, Oldr. & Albert. qui in dict. l. vlt. exillimarunt, eiusdem legis penas etiam obtinere aduersus occupantem propria autoritate res hæreditatis iacentis, quasi ipsamet hæreditas repræsentet defuncti, & domini personā, & saltem quo ad hunc effectum dominum habeat, quod in specie l. Regie statutū est lib. 3. ord. titu. 14. l. 1. obseruandum tamen est, harum legum, & similium rigorem, nempe l. si quis in tantam. C. unde vi. cui conueniunt l. 1. i. iud. l. 3. part. 5. l. 2. tit. 14. lib. 3. ord. communi totius Christiani orbis vlt. & praxi antiquatum esse, quemadmodum constat, & testantur Specul. titu. de restitu. spoli. §. 1. versus scilicet quem quidam. & Guliel. Benedict. in cap. Regnum de testa. in verbo, si absque liberis 2. num. 184.

Oportet tamen prius, quam hunc secundū casum egrediamur, parumper immorari circa interpretationem text. in dict. capit. eum qui. §. vlt. de prebend. in 6. Si quidem ea constitutione cautum est violentos beneficiorum ecclesiasticorum occupatores, omnino in penam ipso iure priuari beneficiis, quæ per violentiā occupauerint, etiam si canonicū titulum in eis habuerint. Etenim tunc dicitur ad hunc defectū violenta occupatio, cum inuitis possessoribus, & eis contradicentibus capta fuerit beneficiorum possessio, licet possessor non fuerint conati resistere, secundum Lapū allegat. 117. Dominicum Francum, & Probum in dict. capit. eum qui. §. vlt. Innoc. in c. cum nostris, de concess. prebend. in gl. credimus. & Oldr. consil. 319. col. 1. si quis. ff. ne vis fiat ei.

Quod si quis lite controuersa sententiam obtinuerit aduersus possessorem beneficii, ad literas ad eius executionem, quæ executoria lex vulgus ita appellat, poterit propria autoritate, non tamen inuito, nec renitente possessore, possessionem beneficii capere, præsertim quia hodie solet in eiusdem literis potestas hæc capiendi; possessionem propria autoritate concedi, quod tradunt Rota in noui 417. & Felin. in cap. de cetero. colum. vlti. de re iudic. modo apprehensio possessionis fiat absque violentia, ne locum habeat pena de eum qui. §. vltim. vt paulo ante dicebam. Stylus autem & praxis Romanæ curiæ iure attentatorū reuocat possessionem propria autoritate apprehensam, vel etiā obtentam autoritate executoris electi, nisi ante eius apprehensionem fuerint



fuerint ipsa litera ostensa, & denunciata, atque intimata victo possessori. huius praxis meminere Fel. in cap. ad probandum num. 6. de re iud. expressius. & in hac specie Guliel. Callador. de caso. 6. tit. de caus. posses. & propriet. Ludovic. Gomez. in reg. de subro. colligitur. q. 4. & in reg. annali poss. q. 44. & in reg. de trienna. q. 27. ex quibus conitatur, nō adeo firmum & stabilem esse hunc titulum, quin quandoque contrarium obtentum, & pronuntiatum fuerit.

Illud prætermittendum non est, occupantem propria autoritate beneficium, cuius canonicum titulum habet, ab alio tamen possessum, nequaquam esse, nec dici posse intrusum, tamen violentus dici iure possit, si per vim possessionem apprehenderit, quod plurimum refert, pleraque enim iure Pontificio, quo ad intrusos statuta sunt, quæ in violentis possessoribus non ita obtinent. Et probatur hæc sententia ex eo, quod intrusus is vere sit, qui accipit, vel retinet beneficium ecclesiasticum, sciens nullum ius perfectum quidem sibi in eo competere. colligitur hæc intrusi descriptio, definitiue ex eius qui part. 1. de proband. in 6. cap. iam dudum. de proband. Nicolao Mylis in verb. intrusus. Domini in cap. propter. 19. distinct. Dec. cons. 221. col. pen. & vlt. & Fel. in c. in nostra. cora. de rescript. Ludo. Gomez. in reg. de trien. posses. quaestio. 47. conilat præterea conclusio præmissa, quia etiam violentus beneficium occupator absque titulo canonico, intrusus nō est, quamvis violentus sit, cum non occupauerit beneficium sciens, se non habere ius in eo, potuit enim illud per vim occupare, & abiq; titulo existens titulum canonicum habere, quod expressim tenent Domini & Franc. in dict. capit. cum qui. Ludo. Gomez. in reg. de triennali posses. q. 11. in prime. & licet Nicol. Mylis. verb. intrusus non dicitur. asserat contrarium in hoc ultimo, erit intelligenda eius opinio, vbi occupatio facta fuerit ab eo, qui sciebat sibi titulum desicere. tandem id ex his apparet, quod habens canonicum titulum, etiam si propria autoritate, & per vim possessionem apprehenderit expulso possessore, non dicitur intrusus, tamen dici possit violentus possessor, quamvis Lud. Gomez. in reg. trien. posses. ca. 48. hunc esse intrusum iure cōmuni; & ad iuris Pontificii effectus asserat, cum priorem opinionem probauerint Domini in d. ca. cum qui. & ibi Frā. à Mylis in verb. intrusus videtur. quorum sententia præmissis rationibus cōprobat. Imo nec erit intrusus, qui beneficium sibi competens titulo canonico, iam per vim ab eo occupatum retineat, sciens ipso iure per eam occupationem ius amississe proprium ex decisione d. cap. cum qui. §. vlt. quod ipse tradidi in Epitome de sponsalib. 2. part. cap. 6. §. 3. num. 8.

Tertius casus ex præcedentibus deducitur, & in eo quaeritur, an aliqua pena puniendus sit, qui habens canonicum titulum, propria tamen autoritate apprehenderit possessionem beneficii, quæ quidem possessio à nemine obtinebatur, & an possit iure hæc apprehensio fieri? Et sane communis videtur sententia, quod ea apprehensio fieri iure possit, & nulla sit pena digna opinione admiserunt omnes, quos post Panormitan. in cap. transmissam. de electione. hoc ipso capite citauimus versicul. habentis. & Rebuffus in tractat. de beneficiis. Rubric. de missione in possessionem. nu. 5. scribens hanc Opinionem Communem esse, eamque probant ex eodem cap. transmissam. quo decisum est post confirmationem, quæ titulum tribuit posse confirmatum administrare, & officium dignitatis exercere, cui respondet Anchar. in dicta regul. sine possessione. id verum esse, modo autoritate iudicis apprehensa fuerit possessio corporalis. quod probatur in cap. ad hæc. §. in quadam. de offic. Archidiacon. dum ibidem scribitur, ad Archidiaconi officii pertinere, mittere in corporalem beneficiorum possessionem institutos ab Episcopo idem in cap. vlt. nostrum. eodem tit. Regia. l. 4. tit. 6. part. 1. Hostiens. in Summa de offic. Archidiacon. §. quid sit eius officium. Panormitan. in capitul. dudum. de electionibus in secund. idem Panormitan. in capit. 2. de excess. prelat. & in consil. 2. libro 1. Deci. in capitul. super eod. colum. vltim. de offic. dele. Et quamuis in capitul. licet Episcopus. de prob. in 6. responsum sit, ad Episcopum pertinere missionem in beneficiorum possessionem, ea responsio poterit varie intelligi, non equidem de ipsa missione in possessionem corporalem, sed de sententia, aut decreto, quo Episcopus pronuntiat, institutum in possessionem mittendum fore, vel de ipsa corporalis possessionis traditione, cum Archidiaconus absens fuerit secundum Dominic. in dict. capitul. licet. Potest & tertio intelligi ea decisio, vt procedat de consuetudine, quæ hodie obtinet aduersus Archidiaconos, nam per eam ipsi hoc ius amisse-

runt. Quarto cum possessio beneficiorum ab aliis obtineatur, tunc ad Episcopum non Archidiaconum iure pertinet corporalis possessionis traditio, quod plane deducitur ex dict. capitul. licet Episcopus. Vltimo, si tractetur de tradita ecclesia in proprietatem, & iurisdictionem, vel subiectionem, non in titulum beneficii, huius possessionis corporalis traditio ad Episcopum, non ad Archidiaconum spectat. text. vbi adnotauit Abb. in capitul. pastorali. de privileg.

Quod si iuris Pontificii sanctiones ita serio statuerint officium, & munus tradendi beneficiorum corporale possessionem: apparet, iustitiam esse hanc in cōtrouersia Domini & Archidiacon. Anchar. & Chofmæ opinione, qua obtentum est, institutum canonice nō posse propria autoritate apprehendere beneficium possessionem etiam quæ vacua sit. Ex quo sequitur, prelatum posse eius arbitrio punire eum qui possessionem adhuc vacuum beneficium propria autoritate apprehenderit, pena quidem non admodum graui propter autoritatem cōmuni sententia, quæ id præmissum esse censuit. At si quis canonicum habens titulum propria autoritate beneficium vacuum possessionem apprehenderit opinor nihilominus eam possessionem iustæ, & vere possessionis effectus habituram, cum ob communem sententiam, tum ex eo, quod & si possessor male fecerit, non requirens iudicis licentiam, canonicum tamē titulum, & incho possidet. Nec obstat quod solet adduci ex Agidio à Bellamera in consilio 10. columna decimimana, versicul. tertia ratio principia à quo Franc. à Ripa in capit. sape. de restit. spoliat. nu. 69. colligit, Rotæ auditores passim obseruare, & pronuntiare, quod nemini etiam canonicum titulum habenti liceat possessionem propria autoritate occupare, & tamen adhuc Agidius, hanc possessionem ita obtentam non habere effectus iuris, nec interdicitur vnde vi. Nam vt ipse arbitror, Agidius refert auditores Rotæ sapissime in possessione beneficiorum obtinenda, exigere eius apprehensionem præmissam fuisse ex institutione, & collatione, prelati, & superioris, non tamen tractat de licentia, & autoritate prelati ad apprehensionem corporale possessionis, sed de titulo possessionis circa text. in capit. sequentibus. de instit. & in capit. 1. de regul. iur. in 6. act tandem scribit, spoliatum beneficium, vt obtineat in interdicto vnde vi. debere iudicio Rotæ ostendere titulum, & institutionem beneficium, quod tradit gl. in Clement. in vlt. de caus. posses. & propriet. saltem quantum ad quandam possessionis iurisdictionem ex titulo apparenti, quem coloratum vulgus appellat, de quo hic agendum modo non est.

Possessio autem beneficii apprehendi, & acquiri potest ab ipso instituto, vel ab eius procuratore habente mandatum speciale, quod manifesti iuris est, non ita per procuratorem habentem mandatum generale gl. in verb. habentis in dicto cap. si tibi absentis. quam ad hoc asserit ordinariam Imola in l. 1. §. per procuratorem. ff. de acquirend. posses. commendat ipsam Imol. qui donatum ff. de donatio. tenent eandem sententiam Dominic. in d. cap. si tibi. Fel. in cap. nonnulli. §. sum & alij nu. 46. citatur ad idem Innocent. in c. accedens de prob. Contrarium tamen probatur, quia possessio per procuratorem habentem mandatum generale acquiritur omnino glo. Communiter recepta in dicto §. per procuratorem Bart. in dicta l. qui tibi donatum. in beneficium quidquā impedit idem esse, cum possessio nihil iuris tribuat, eaque ad factum pertineat. Et deinde gl. in dicto cap. si tibi absentis. in verbis, habuerit, non exigit mandatum speciale ad acquirendam, vel apprehendendam possessionem beneficium, sed acceptatione ipsius, quæ quidem acceptatio plurimum iuris tribuit, cui collatum est beneficium, atque ita glo. interpretantur Aretin. & Hercul. num. 14. in dicto §. per procuratorem. idem dicendum erit possessionem, quæ post acceptationem beneficium tantum ad factum pertinet, acquiri posse per procuratorem habentem mandatum generale, eam vero possessionem, quæ loco acceptationis fiat, ac tribuat ius in beneficio, non posse apprehendi per procuratorem non habentem mandatum speciale, sicuti explicat Rota in Novis 290. & post eam Anto. & Imol. in dict. cap. accedens Francus in d. cap. si tibi absentis. Aret. & Vincen. Hercul. in d. §. per procuratorem nu. 14. Rebuffus in concordatis. rubric. de forma mandati Apostolici. in gl. vel alterius pro eo.

Corporalis inductio, traditiove requiritur ad apprehensionem, & acquisitionem possessionis beneficiorum. capitul. vlt. nostram. capitul. ad hæc §. in quadam de offic. Archidiacon. adeo quidem, vt non sufficiat inuicitura cum traditione annuli.

filio factam irrevocabilem effici, sed coram notario instrumentum seu scripturam meliorationis pater filio tradidit: etenim is effectus obtinebit etiam si traditio fiat extra conspectum rerum quae submelioratione fuerint comprehensae. Ex ea vero lege quibusdam videtur ex leg. 8. titul. 30. part. 3. quae similis est dist. 1. 1. C. de donatio. eam possessionis acquisitionem donatario fieri non tantum, si tradatur a donatore instrumentum continens iura, & titulum rei donatae, sed etiam si ei traditum fuerit ipsius donationis instrumentum, quod est contra Guliel. de Cuneo in l. licet. C. de acquir. possess. Imol. & Alexandri. in l. 3. in princip. nu. 11. ff. eod. tit. Bald. in l. ab emptione. 3. column. ff. de pact. quorum opinio Communis est, & d. l. 1. intelligitur in traditione instrumenti, quod ius tradentis, & titulum rei donatae continet, expressim aliud esse significans in traditione instrumenti ipsius donationis, vel venditionis, quod iure Caesareo apertissimi iuris censeo: at iure Regio hoc fallum apparet propter Regias constitut. quibus ut quidam existimant, statutum est, possessionem rei donatae acquiri omnino donatario per traditionem instrumenti donationis. Et tamen si haec sententia admittenda est, oportet eam in praxi recipere eo casu, quo traditio instrumenti facta fuerit donatario praesenti tabellione, quemadmodum Taurina constitutio dicitur. id vero nec iure communi, nec partitarum lege necessarium unquam fuit, ipse profecto maxime dubius sum de hac opinione quippe qui videam d. l. 1. C. de donatio. manifeste deduci, eam constitutionem non in instrumento donationis sed in instrumento, quod titulum & ius ipsius rei competens donatori continet, esse prorsum intelligendam. Regia vero constitutio, quae Taurina est, tantum probat meliorationem filio a patre factam, reuocari non posse, si eiusdem donationis instrumentum coram notario ab ipso patre meliorante filio meliorato traditum fuerit. Ex quo minime consequitur eadem lege necessarium probari per eam traditionem possessionem rerum, quae in meliorationem veniunt, filio acquiri fuisse, cum & absque traditione possessionis per eam legem ex aliis causis donatio meliorationis irrevocabilis censeatur, & ipsa traditio instrumenti, ex causa distincta a traditione, & acquisitione possessionis proponatur. deinde Partitarum lex ita poterit accipi, & intelligi, ut ex ea deducamus: donatario acquiri rei donatae possessionem per traditionem a donatore factam instrumenti, ex quo donator ipse illius rei ius habuit, vel si id consecutum non fuerit, aut amissum, perditum ve sit, vel ipse donator illud velit retinere, aliud denuo fiat eiusdem iuris, quo contineatur donatoris titulus & id per donatorem donatario tradatur. Sic sane praemissa lex eam interpretationem habebit, quae minus ius vetus commune ve assertiones laedat. Non haec scripsi, ut statim id omnibus persuadere velim: nec contumaci disputatione tutari, libere enim in contrarium iuerim sententiam, ubi maturius cogitanti alii verius appareat.

Acquiritur item possessio beneficii per traditionem factam extra eius conspectum, quoties propter pestem, aliamve iustam causam non est tutus accessus ad beneficium ipsum nec ad ecclesiam, nec ad eius aspectum, secundum Alber. in l. 1. §. si iusserim. ff. de acquir. possess. Abb. & Felin. in capitul. cum aliquibus de re iudic. Ripam qui hanc asseruerat Communem esse in tract. de peste 2. par. privilegio 19. contrahit. optimus text. in l. si finita §. illud ff. de damno infecti. l. cum vnus §. vlt. & l. quamuis ff. de bon. aucto. in d. postid. cap. contingit. de dolo & contuma. quibus probatur, executorem iudicis iubentis aliquem mitti in possessionem alicuius rei, posse eandem possessionem tradere vel in conspectu rei, vel extra ipsum conspectum, si non est tutus ad ipsam rem accessus ob potentiam, occupationem, & vires alterius, modo aduersus illum lata fuerit sententia iuris ordine seruato: cum alioqui possessione, quam habet, priuari non possit, sicuti explicant praeter alios Abb. & Felin. in dict. cap. cum aliquibus. Rota in antiquo 717. Ripa in d. privilegio 19. sentit Bart. in l. 1. ff. de acquir. possess. column. pen. num. 2. 3. vers. quero quid si executor.

23 Verum, illud est hac in controversia adnotandum, quod captam possessione corporali beneficii, aut dignitatis in ipsa ecclesia, cuius titulum & nomen dignitas habet, censeferi apprehensam, & captam possessionem omnium rerum ad beneficium vel dignitatem pertinentium, secundum Bartolum & Arcinum in l. cum heredes. ff. de acquir. possess. in prin. Ancharan. in regul. sine poss. col. 18. de regul. iur. Abba. in dict. cap. cum super. column. 4. de eius possess. & proprie. Bertachin. de episcopo 3. lib. 1.

par. quaest. 56. & Lambert. de iure patronat. 2. lib. 3. part. qu. 11. art. 9. nam ecclesia licet pastore vacet, possidet tamen omnia bona ad dignitatem pertinentia, auctore Innocent. in c. ex parte. de arbit. & in d. c. super idem in c. cum in officio. de testam. Bart. & alij in l. 1. §. vlt. ff. de acquir. possess. optimus text. in l. habemus in fine. C. de sacrosan. eccles. & in l. raptorum. C. de episcop. & cler. Non tamen sufficit accipere, nec apprehendere possessionem corporalem vnus rei ex pluribus quae ipsius beneficii, vel dignitatis sunt, etiam si nomine aliarum rerum apprehendatur possessio, ut & reliquarum possessio acquirita censeatur: quod colligitur ex d. l. cum heredes, & his, quae inibi traduntur, & in specie tenent Dyn. in regul. 1. de regul. iur. qu. 4. Angel. in d. reg. sine possessione. column. 19. Abb. in d. c. cum aliquibus de re iudic. 2. col. Iona. Andr. & Franc. in d. reg. ff. licet contrarium tenuerit Innocent. in cap. ex literis de restitut. spoliator. & Rota noua 277. in quo cauendum est a Nicolao Boerio, qui in additionib. ad Dynam dicta quaestione quarta, falso plures auctores retulit ad huius opinionis examen.

C A P V T XVII

Eiuctionis materia ad Gregorianam constitutionis interpretationem expenditur.

S Y M M A R I A.

- 1 Emptor rei aliena scientor, quamque scit venditor non esse, ea nullam partem ad pretium agere.
- 2 Intelligitur ad text. in l. emptorem. §. vlt. ff. de actio. empt. & l. qui libertatis ff. de euctio.
- 3 Venditori etiam scienti denuncianda est litis quaestio: & quidem solenniter.
- 4 Ecclesia an constituit debitorem in mora, sine interpellatione? & cuiusmodi testatus e. parat de locato.
- 5 Iuramentum appositum venditioni efficit, ut venditori scienti non sit necessario denuncianda litis quaestio.
- 6 Venditor tenetur de euctione, etiam non denunciata lite, modo emptor probe iustitiam euincat.
- 7 Venditor promittens euctionem quocumque casu & modo fuerit rei causa, tenetur de euctione etiam in casibus quibus alioqui non tenetur.
- 8 Quo tempore fieri debeat denuntiatio litis mota.
- 9 Emptoris contumacia quando prius eum iure & actione euincat.
- 10 Sententia contra emptorem lata per imprudens iudicis, non nulli venditori.

Si vendita res, legitime fuerit euicta, regulariter aduersus venditorem de euctione datur emptori actio ut pretium restituatur cum omnibus damnis, cumque omni eo quod emptoris interfuit, rem venditam euictam non fuisse. l. non dubitatur. l. si cum quaestio. Cod. de euctio. l. tenetur. §. si tibi iter. & §. vltim. ff. de actio. empti. l. venditor. & l. euicta re. ff. de euctio. lib. 1. Frequentissime tamen haec regula fallit: nam quadraginta casus, in quibus emptor non potest agere de euctione commemorat Matth. de Afflict. in rubric. quibus mod. feud. amittit. §. rursus, si fideles, numero 16. quorum praecipuos compendio quodam eleganti explicat Gregorius IX. capitul. vltim. de empti. Si venditori, inquit, post institutum contra te iudicium quis omiserit, ut rem venditam sibi defenderet, nunciare, vel contumaciter absuit tempore sententiae promulgatae, seu per iniuriam sententia lata fuit, de euctione iurata legitimas sanctiones agere non valet. cui constitutioni conuenit Regia lex 36. tit. 5. part. 5. eius autem examini libenter praemittam, emptorem rei alienae, quam tempore contractus scit alienam esse, non ipsius venditoris, nec ab eo vendi posse, habere nihilominus, si euictio sequuta fuerit, aduersus venditorem actionem ad repetendum pretium, quod dederit, licet non habeat ordinariam de euctione actionem ad damna, ad rei euictae aestimationem, nec in id quod eius interest, propter malam fidem, & scientiam rei alienae, quod Aretinus adnotauit, asseruans communi omnium iudicio receptum esse. in l. si aliquam rem. ff. de acquir. possess. cui ad stipulatur primo text. in l. vlt. §. vlt. Cod. commun. de legat. qui secundum receptam interpretationem probat emptorem, qui fundum subiectum restitutioni vel huiusmodi scienter emerit & meliorauerit, illo euicto habere actionem tantummodo ad pretium non ad meliorationes, nec ad duplam, etiam si eius praecesserit stipulatio. Ea vera constitutio, ut & hoc obiter admonet, procedit, & obtinet inter emptorem, & venditorem, non autem loquitur inter emptorem, & euinctem. non enim excludit emptorem a consequuntione, & recuperatione meliorationis respectu euinctis, ad quem meliorationes perueniunt sine causa: imo poterit.